Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mundum de pcto et de iustitia et de iudicio alla alla Compl.
Adesto nobis dne deus nr ut p hec que fideliter
sumpsimus: et purgemur a uitijs et a periculis oibus
Fr'es Feria iiij. Ad Thessalon exuamur P
Omnes uos filij lucis estis et filij dei Non
estis noctis neq tenebrarum Igitur non dormiamus
sicut et ceteri: sed uigilemus et sobrij simus
Qui enim dormiunt nocte: dormiunt: et qui ebrij
sunt nocte: ebrij sunt Nos aut qui diei sumus
sobrij simus: induti loricam fidei et caritatis: et
galeam spem salutis: quam non posuit nos deus
in iram: sed in acquisitionem salutis: p dnm nrm
iesum xpm qui mortuus est p nob: ut siue uigi
lemus siue dormiamus simul cum illo uiuamus
Pter quod consolamini inuicem et edificate alt
utrum sicut et facitis: in xpo iesu dno nro S. Joh'ez
Ri t. Respiciens iesus in discipulos suos dixit
Pater sancte serua eos in noie tuo quos dedisti mi:
ut sint unum sicut et nos Cum eem cum eis: ego ser
uabam eos in noie tuo Quos dedisti michi custodiui.
et nemo ex hys periit: nisi filius pdicionis: ut scrip
tura impleatur Nunc aut ad te uenio: et hec lo
quor in mundo: ut habeant gaudium meum impletum
in semetipis Ego dedi eis sermonem tuum: et mundus
eos odio habuit: quia non sunt de mundo: sicut et
ego non sum de mundo Non rogo ut tollas eos de
mundo: sed ut serues eos ex malo De mundo
non sunt sicut et ego non sum de mundo Sctifica
eos in ueritate Sermo tuus ueritas est Sicut tu me
misisti in mundum: et ego misi eos in mundum
Et p eis ego sanctifico me ipm: ut sint et ipi scti